



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Definitio Catholica Concilii Ariminensis apud Hilarium extans haec est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

demoliri, suamque sed peregrinam & alienissimam a sanctissima ecclesia fidem conscriptam promulgare, quam nos recipere, nefarium putauimus. Qui cum iam pridem hæretici essent, etiam nunc deprehensi sunt contraria sentire: quos ad communionem nostram accedere prohibuimus, eosque in præsentia nostris verbis condemnantes, a cœtu fidelium reiicimus. Vos item quod videbitur de istis statuere, ut vniuscuiusque cognitio ex sua subscriptione robur habeat. Vnanimiter vos episcopi dicimus. Prædicti isti inimici detrahantur ab ecclesia, ut catholica ecclesia in pace permaneat.

ANNO
CHRISTI
359.

DEFINITIO CATHOLICA CONCILII

Ariminensis apud Hilarium extans hæc est.

Extat apud
Hilar. frag.
lib. 2. p. 45.
& 46.

Incipit definitio catholica habita ab omnibus catholicis episcopis, priusquam per terrenam potestatem terri, hæreticorum consortio sociarentur in Concilio Ariminensi.

Si credimus placere omnibus posse catholicis symbolo accepto nos recedere non oportere, quod in collatione apud omnes integrum re cognouimus: nec a fide recessuros, quam per prophetas a Deo Patre per Christum Dominum nostrum, docente sancto Spiritu, & in euangelis & in apostolis omnibus suscepimus, ut per traditionem patrum secundum successionem apostolorum vsque ad tractatum apud Nicæam habitum contra hæresim, quæ tunc temporis exurrexerat, positum nunc vsque permanet. Quibus omnibus nec addendum aliquid credimus, nec minui posse manifestum est. Placet ergo nihil nouum fieri: substantiæ quoque nomen & rem a multis sanctis scripturis insinuatam mentibus nostris, obtinere debere sui firmitatem. Quam rem cum suo nomine ecclesia catholica cum doctrina deifica semper confiteri & profiteri consuevit. *Subdit auctor.* Huic definitioni omnes in vnum catholici conspirantes subscripserunt.

DAM-